



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

II. Graf Siegfried von Osterburg schenkt dem Kloster Neuendorf all sein
freies Eigenthum in Vethene, am 22. November 1233.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

II. Graf Siegfried von Osterburg schenkt dem Kloster Neuendorf all sein freies Eigenthum in Vethene, am 22. November 1233.

In nomine sancte et individue trinitatis. Ego Comes Sifridus de Osterburch salutem in Christo fidelibus universis. Cum leges et jura veterum instituta patrum quibuldam corroborant (so, statt corroborentur?) instrumentis, oportet ea temporis instantis nationibus (so, statt rationibus?) innovari propter vitiosam quorundam modernorum consuetudinem, que solet antiquorum privilegiis obviare. Innotescat igitur univerfitati fidelium, quod in honore dei genitricis Marie, predecessores mei in Vethene (sic) quicquid libere possidebant, Nyendorp contuli ministris ejus jugiter possidendum. Vt ergo hec rata et inconvulsa permaneant, presentem paginam sigilli mei munimine roboravi. Datum in Osterburch, anno incarnationis domini M^o. CC^o. XXXIII^o., X. Kal. Decembris.

Orig. in M. Großes rundes Reitersegel, verlegt. — Bohn. 106.

Abgedruckt aus dem Originale mit Beschreibung des Siegels in Gerden's Fragm. III, S. 9. und in diesem Cod. I, Bb. 16. S. 316. aus Lenz, Brand. Urk. I, S. 32.

III. Markgraf Johann schenkt dem Kloster Neuendorf das Dorf Neuendorf, am 11. Dezember 1233.

In nomine sancte et individue trinitatis. Johannes, dei gracia Marchio Brandenburgensis, tam futuris quam presentibus salutem in eo, qui est vera salus. Cum, sicut de sacris audivimus eloquiis, ubi donorum crescere denotatur multiplicitas, crescat ibidem rationis tandem reddende difficultas, timendum et summopere precavendum est hiis, nobis scilicet, qui ampliora dona pre ceteris accepisse dinoscimur, ne gravioribus cum reprobis donorum possessoribus puniamur. Oportet itaque de eorundem donorum talento a domino, qui peregrinus in celum habiit, nobis credito ita operari, ne cum tandem rationem de commissis positurus (posciturus) revertitur, cum servis in negotiatione torpentibus judicemur. Animadvertentes ex premissis dies nostros juxta prophetam sicut umbram declinari, vestre notum esse cupimus univerfitati, quod nos de consensu nostri fratris marchionis Ottonis villam Nigenthorp, cujus ad nos ex antiquorum et patrum nostrorum morte devoluta fuit proprietas, ecclesie memorate ville cum omni jure libertatis et proventus, molendinorum scilicet et pascuorum lignorumque decrevimus conferendam. Audivimus etenim gratuitam sanctimonialium ibidem deo famulantium famam, qualiter jugum domini die nocteque bajulent indefessum, Et ne servitus deo, ut speramus, tam gratuita auctoritate*) possessionis preterite per quempiam successorum nostrorum valeat immutari, locum memoratum autentico presentium stabilimus. Et ut stabilitas hec firmior valeat perdurare, virorum nobilium nomina, militum scilicet

*) Der Schreiber hat auctori geschrieben, von gleichzeitiger Hand ist darüber gesetzt tate.